


culi, erit trium: reliqua igitur $\epsilon \gamma$, duorum æqualium. Secetur
 (per 30 tertij) $\beta \gamma$, bifariam in ϵ : utraq; igitur ipsarum $\beta \epsilon$, &
 $\epsilon \gamma$, circumferentiarum, quintumdecimum erit ipsius $\alpha \epsilon \gamma \delta$,
 circuli. Si igitur coniungentes rectas lineas $\beta \epsilon$, & $\epsilon \gamma$, ipsis
 æquales in cōtinuum rectas lineas (per 1 quarti) coapiemus
 in circulum $\alpha \epsilon \gamma \delta$: erit in eo descriptum quintidecagonum
 æquilaterum & æquiangulum, quod facere oportebat. Si
 militer autem ut in pentagono si per circuli diuisionem, tan
 gentes circulum duceamus: describetur circa circulum, quin
 tidecagonum æquilaterum & æquiangulum: & per ostens
 sionem similiter in pentagonis, & in dato quintidecagono
 æquilatere & æquiangulo, circulum describemus & cir
 cumscribemus.



QVARTI LIBRI FINIS.

EVCLIDIS MEGARENSIS GRAE
 CI PHILOSOPHI, GEOMETRICORVM ELE
 MENTORVM LIBER QVINTVS.

Euclides ex Campano.

Diffinitiones.



Pars, est quantitas quantitatis minor maio
 ris, cum minor maiorem numerat.

CAMPANVS. Pars, quandoq; sumitur proprie
 & hæc est quæ aliquoties sumpta, suum totum præ
 cise constituit: sine diminutione uel augmento: & dici
 tur suum totum numerare per illum numerū, secun
 dum quem sumitur ad ipsius totius constitutionem:
 talem autem partem quam multiplicatiuam dici
 mus, hic diffinit. Quandoq; sumitur communiter: &
 hæc est quælibet quælibet quælibet quælibet
 sumpta, suo toto minus aut maius constituit, quam

aggregatiuam dicimus: eo quod cum alia quantitate diuersa totum suum constituat,
 per se autem quotiescunq; sumpta fuerit, non producat.

Multiplex, est maior minoris quando eam minor metitur.

CAMPANVS. Pars, relative dicitur ad totum, & in istis duobus extremis, consistit
 eorum adinuicem relatio: & ideo diffinito minori extremo: diffinit hic maius: uocat
 autem

Pars proprie.
 Multiplicatiua.

Pars communiter
 accepta.
 Aggregatiua.